



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 17. Monasteriensis Synodi Diöcesanæ decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. Patribus Conventualibus, dummodo
 A.C. 1702. fiat diversa hora, & data prælatione
 temporis Dominicanis de mane vel ve-
 spere. Die autem nona Maij a S. Cong-
 regatione Immunitatis decisum, quod
 absolutio vigore Jubilæi non suffrage-
 tur censuratis ex causa violatæ Im-
 munitatis Ecclesiæ, sed reaffigi possint
 ac debeant schedæ. Denique a S. Ri-
 tuum Congregatione die nona & deci-
 ma octava Decembris decretum, quod
 fæminis quantumvis Nobilibus, nisi
 sint Reginæ vel magnæ Principissæ,
 non detur per Ministros Ecclesiæ so-
 lemniter celebrantes Thuris & Pacis
 honor, non obstante consuetudine con-
 traria, & quod, cum in nocte Nativi-
 tatis Dominicæ non sit administranda
 fidelibus Eucharistia, neque post pri-
 mam Missam celebrandæ sint duæ
 aliæ Missæ.

§. XVII.

*Monasteriensi Synodi Diæcesanæ
decreta.*

*Concil. Ger-
man. t. 10.
pag. 277.*

Rursus hoc anno Fridericus Christia-
 nus de Plettenberg Monasteriensi
 Episcopus die decima septima Octobris
 Monasterii Diæcesanam celebravit Sy-
 nodum, in qua Clericis suis ad offi-
 cium in Choro decantandum designatis
 inhi-

inhibuit, ne clausa teneant labia, aut Sæc. XVII.
 exposito etiam SS. Sacramento inter A. C. 1702.
 se de profanis rebus tractent, atque in
 circulum coeuntes, terga Sanctissimo
 vertant, & de novellis colloquia, ri-
 sus, & cachinnos misceant: idque ve-
 tuit sub poena arbitraria citra ullam
 conniventiam infligenda.

§. XVIII.

Principum atque Illustrium obitus,

Inter Principes hoc anno denatos pri- Wo. Larroy
 mo loco recensemus Jodocum Ba- hist. d' Angl.
 ronem de Brabeck Hildesheimensem Wagner
 Episcopum, qui decima tertia Augusti Hist. Leop.
 fatis cessit. Habuit quidem Ecclesie pag. 655.
 sue Coadjutorem Josephum Clemen-
 tem Electorem & Archiepiscopum Co-
 loniensem, qui tamen, utpote Gallis
 fœdere junctus, possessionem adire
 haud præsumebat; Comes enim ab
 Eck Cæsaris Legatus cum Canonicis
 jamjam conluserat, ut excluso Coad-
 jutore interim hujus Episcopatus ad-
 ministratio ad Capitulum devolveretur:
 quamvis ergo Coloniensis Archiepisco-
 pus Fratris sui, necnon Gallorum po-
 tentiæ confusus, sese intrudere molire-
 tur, postquam tamen ab Imperio pro-
 scriptus erat, Capitulum usque ad
 Badensem pacem hanc Ecclesiam rexit.
 Decessit